Scriptorum qui vocantur historiae Augustae lexicon a multis viris doctis desideratum est, a Mommseno flagitatum; cuius operis specimen edituro pauca mihi in praesentia videntur esse praefanda.

H. Peter, cuius editionem alteram sequimur ducem, in verbis constituendis hac usus est ratione, ut codicibus Bambergensi et Palatino, quos unos omnium sequendos esse statuisset, in plerisque rebus eandem fere tribueret auctoritatem, in nonnullis anteferret illum ut vetustiorem; quam vero alius vir doctus protulerat opinionem, descriptum esse cod. Bamb. ex Pal., eam plane reiecit atque explosit (v. praef. p. VIII sq.). At eandem sententiam renovavit gravissimus auctor Th. Mommsen eumque secutus H. Dessau utroque codice denuo conlato tam certis stabilivit argumentis, ut mihi quidem extra omnem dubitationis aleam posita esse videatur. Itaque cum persuasum haberem unum fontem genuinum esse cod. P, ad eius primae manus lectiones quam proxime censui accedendum; in quo egregie adiutus sum Dessaui liberalitate, qui collationem illorum codicum accuratissimam mihi tradidit inspiciendam atque in meam rem convertendam. Sunt autem primae manui cod. P attribuendae non solum eae lectiones, quas Peter notavit signo P^1, sed multae etiam, quas secundae manus (P^2) esse putavit; omisit enim distinguere eos locos, quibus ipse codicis scriptor errata agnovit atque aut statim aut paullo post correxit; cuius generis scripturas Mommseni et Dessaui exemplo designabo nota P^b. Ceterum si quis posthac ShA edere conabitur eam, quam exposui, in arte critica rationem secutus, multo magis mutari oportebit adnotationem criticam quam ipsum textum, propterea quod codex P multo etiam similior est cod. B quam antea putabatur. Neque tamen desunt, quae corrigenda sint adhibita Dessaui collatione; in orthographicis vero rebus Peter saepe aut neglexit codicum auctoritatem aut iniuria praetulit cod. B. Quod igitur textum nonnumquam emendare potui, id magna ex parte Dessaui est meritum, cui viro et doctissimo et humanissimo magnam me gratiam et debere et habere libentissime profiteor.

Omisi sola nomina propria; numeri uncis inclusi post vocabula *passim, saepe, sim.* indicant, quot locis invenerim verbum laudatum. Ubicumque Dessaui testimonio nitar, adscribam litteras *t. D.* Designantur loci adlati nominibus imperatorum, in quo hisce usus sum notis:

H = Hadrianus	AC = Avidius Cassius	PN = Pescennius Niger
Ael. = Aelius (Helius)	C = Commodus	ClA = Clodius Albinus
AP = Antoninus Pius	P = Pertinax	Cc. = Caracallus
MA = Marcus Antoninus	DJ = Didius Iulianus	G = Geta
V = Verus	S = Severus	OM = Opilius Macrinus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Dd. = Diadumenus
Hel. = Heliogabalus
AS = Alexander Severus
Max. = Maximini II.
Gd. = Gordiani III.
MB = Maximus et Balbinus
Val. = Valeriani II.
Gall. = Gallieni II.
T = Tyranni XXX.
Cl. = Claudius
A = Aurelianus
Tac. = Tacitus
Pr. = Probus
Q = Quadrigae tyrannorum (Pr. 24, 8) i. e. Firmus Saturninus Proculus et Bonosus
Car. = Carus et Carinus et Numerianus.

---

a, ab. (*abs* nusquam invenitur). Forma: ab ponitur ante vocales et h, a ante consonantes; *v. quae fusius disputavi in Wölfflini Arch. X p. 291.* Excepti sunt hi loci: MA 18, 2 ab diis; 19, 9 ab socero. S 10, 3 ab spe. PN 1, 2 ab scriptoribus. ClA 13, 3 non ab re esse credimus; cf. Cc. 10, 5. Max. 1, 2 ab Tatio. At V 9, 4 falso scribitur ab Vero (habero *cod.*, i. e. *a Vero*; *corr. iam B^b t. D.*). Dubii sunt duo loci, ubi ab ante cons. ponitur ex coniectura: Dd. 7, 4 et Gd. 18, 6; cf. etiam S 6, 9 (ab Commodo *coni. Petschenig*). — Collocatio nihil fere habet, quod recedat a bonorum scriptorum usu. Max. 28, 4 quae longe ab illius fuit vita. Pr. 12, 3 longe a Rheni summoti litoribus. Car. 20, 6 donati sunt ab Atrabatis birri petiti. — AS 15, 1 a re p. et a ministeriis atque muneribus; 66, 3 a populo et amicis. Gd. 22, 5 et a militibus et populo et a senatu et ab omnibus gentibus. MB 12, 2 ab oppidanis Aquileiensibus et paucis — militibus, *a* (*sic leg. cum cod.;* ac *ed. falso*) Crispino et Menofilo consularibus. Tac. 11, 6 a vestibus et cameris et pellibus.

Significatio hisce exemplis inlustretur: 1) H 2, 2 a Traiano *ab*ductus a patria; 19, 4 ab urbe Roma — avocavit. Max. 3, 3 neque ille a currendo — *de*sisset; cf. 4, 4 a militia desiit (*desistendi* verbum nusquam invenitur). AS 44, 3 genus eius a Metellis descendere. S*17, 8 a nullo congressu ⟨*di*gressus⟩ nisi victor. At MA 12, 7 legendum est *e Syria* victor rediit (*sic PB t. D. et ed. Berol.*; a S. *Peter*; e S. leg. etiam V 8, 7 et 10; P 2, 10; Hel. 1, 6). MA 13, 1 *re*tardatusque ⟨a⟩ bellica profectione sit. S 15, 2 *tra*iecto exercitu a Brundisio. — ClA 12, 7 vos a malis tyrannicis *liberavi;* cf. Cc. 2, 11; A 13, 2; Max. 15, 6 a tristissima belua liberari. MA 7, 3 nec — ab eo *mansit.* Max. 23, 6 cum a proelio *quiescere*tur. AP 10, 5 *vocaretur*que ab aulicis ministeriis ab ostentatione pietatis. — C 4, 5 *e*ductum a palatio. S 8, 9 egressus ab urbe; cf. Hel. 10, 3 egrediens ab illo. Tac. 18, 3 quae (provocatio) a consulibus — emerserit; 13, 2 a Meotide — eruperant. AS 45, 2 ab urbe sum exiturus. Car. 12, 2 oculos — a vento ac sole *sub*traheret. — AP 10, 4 a Calchida (*sic P*) Romam *venire*; cf. P 1, 6 ab Antiochia ad legationem suam iter facere. S 19, 6 nec *a filiis* eius boni aliquid rei p. *venit.* Gd. 16, 3 *a Maximino* multum timoris — *perurgeret.* — Gd. 31, 2 *a crudelitate nancisci* — imperium. AS 27, 1 ut *a vestitu dinoscerentur.* — 2) *c. verb. pass. et sim.* Ael. 2, 2 a vestra clementia — Caesares dicti sunt. AC 12, 2 quod a re p. debebatur. *ellipt.* ClA 9, 4 a militibus. Cc. 3, 4 ad mortem coegit misso *a se* veneno; cf. Gd. *26, 5 vicit Sapore — summoto; ⟨a se⟩ S. s. *coni. Petschenig* (aesapore *traditur*). Max. 8, 9 a nobilitate contemneretur. T 10, 7 a principiis imperator est salutatus; cf. AP 10, 5. Cl. 2, 4 responsum ei ab incerto ferunt numine. A 5, 5 eo habitu, quo colebatur ab eo templo, in quo — (*fuit cum putarem legendum esse* ab eo, templo in quo —; *at cf. Novaki Obs. in ShA p. 27*). — V 6, 2 multas a venetianis est *passus* iniurias; cf. S 8, 9 seditionem — ab exercitu passus est. S. 3, 7 cum iniurias quasdam ab Atheniensibus *pertulisset.* A 18, 3 *acceptà* est — clades —

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

a Marcomannis. — Duobus locis traditur *solus Abl. pro Abl. c. praep. a*: AP *4, 8 cum uxore argueretur (uxor *Mommsen*) et V *10, 5 anteventum Lucium Faustina (a. F. *Momms.* — *Abl. def. Petsch. in Philologi vol. LII p. 358*). De *Dativo pro Abl. c. praep. a posito* egi in Studiis meis (*Studien zu den ShA, Berlin 1889*) p. 22 (addendus fortasse est unus locus Max. 11, 1, ubi traditur *que maximino* in P¹B, scribitur *quem a. M.* in ed.; nam AS 68, 2 *his — viris* sunt *Abl.*), item *de Gerundivo c. praep. a coniuncto*; excipiendi sunt ei loci, quibus *Ger. usurpatur pro Part. Fut. pass.*: H 3, 10; G 3, 6; Hel. 9, 2; AS 13, 7. — 3) AP 9, 4 qui se *a cauda* medium comedit. C 9, 6 ita ut *a genibus* — tegerentur. Hel. 25, 3 *a pedibus* utres — solverentur. — 4) MA 8, 10 amicis comitantibus *a senatu* (assectatu *Momms.; at cf. 11,2*). Hel.*10,1 qui iam Caesar erat a senatu. Dd. *7, 4 Antoninos pluris fuisse quam deos ab (ac *cod. v. supra et s. v. ac*) trium principum amore. AS 44, 3 *a maioribus* Romanum; cf. MB 7, 4 a m. dives. — 5) T 9, 3 *vacuas* a virili sexu. Car. 18, 1 *liber* a frenis; cf. A 1, 2 a negotiis publicis *solutus ac liber*. Pr. 24, 4 virum bonum quidem, sed *longe a moribus* Probi. — 6) H 22, 8 *ab epistulis* et *a libellis* primus equites Romanos habuit; AS 31, 1 ita ut ab epistulis, ⟨a⟩ libellis et *a memoria* semper adessent; Car. 18, 5 qui Diocletiano ab epistulis fuit. C 6,13 qui *'a pugione'* appellatus est.

abdicare. MA 12, 4 a. se praetura. AS 48, 5 abdicantem — imperium.

abdomen. Gall. 16, 1 natus abdomini et voluptatibus *ex Cic. in Pis. 41 (natus a-i suo)*.

abducere *a (ab)* H 2, 2 (a patria). MA 4, 10; OM 9, 5; Hel. 34, 1 a gubernaculis Romanae maiestatis. — a. *ex* A 39,7. — *sine praep.* Max. 12,6; Q *12,1.

abesse *passim (27)*; *Part. Pr.* absente in Abl. abs. *undecies legitur, deest apud Vop.* — 1) saepe *cum praep. a vel absol.* H 7, 3 congiarium — dedit ternis iam per singulos aureis se absente divisis. T 12, 4 Mea et aetas et professio et voluntas longe ab imperio absunt. — 2) PN 9, 6 nec *abfuit* (adf. *cod.*) *responsis* veritas. — 3) A 45, 5 *absit ut* —.

abhorrere. V 10, 2 fabula — abhorrens a talis viri vita. Dd. 4, 4 non multum abhorruerit ab illo signo Diademati nomen Diadumeni.

abicere *deest in AC et apud Treb.* — 1) *proprie* ClA 9, 5 in profluentem; cf. 9, 7 et Max. 26, 3. S 11, 9 in Rhodanum. Hel. 17, 2 in Tiberim. — Hel. 8, 3 in populum non nummos — vel minuta animalia, sed boves opimos et camelos et asinos et servos (cervos *Salm.*) populo diripiendos abiecit. — Gd. 8, 5 humi se abiecit. — 2) *translate. aliquem* V 9, 6; C 3, 1 et 3; AS 15, 2 *ex* aulico ministerio; 18, 1; 23, 4 *de* ministerio suo; 49, 4 uxorem; 59, 4 legiones. — Tac. 19, 5 abice Baianos — *secessus*. — abiectus Adj. AS 65, 1.

abigere. Max. 12, 1 greges abegit.

abire. S 1, 10 serpens — sine noxa — abiit. H 25, 9 abibis *in vers. Hadr.*

ablegare OM 4, 7.

abligurritio OM 15, 2.

abluere H 25, 2 oculos.

abnegare Car. 20, 4.

abnuere. ClA 5, 8 omen. A 20, 7 quemlibet sumptum, cuiuslibet gentis captos, quaelibet animalia regia non abnuo. — AC *3, 7 abnuit *coni. Hirschfeld pro* timuit *(v. Herm. XXV p. 289)*.

abolere *deest ap. Treb. et Vop., item in AC.* — S 17, 5 decreta; C 19, 1 memoria aboleatur (*bis in adcl.*); cf. 20, 4 abolendas statuas, quae undique sunt abolendae. Dd. 6, 5 et 6 nomen; cf. S 7, 9; Hel. 18, 2. MA 4, 10 non — abolita — comitate; cf. MB 17, 4 aequitatem abolitam. OM 8, 1 sordes generis et prioris vitae infamiam — a.

abolitionem praeteritorum spondentes Gd. 10, 3.

abradere Gd. 31, 7 nomen (*Inf. hist.*).

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

abripere. H 24, 4 quod multos senatores Hadriano iam saevienti abripuisset.

abrogare. DJ 8, 7 ut Iuliano — abrogaretur imperium. et abrogatum est; cf. Gd. 30, 1; Car. 7, 3. — Hel. 13, 1 et 6 Caesaris nomen a.

abscedere. Gd. 34, 4 victus abscesserat.

abscidere. S 11, 6 caput abscidi iussit.

abscondere. V 4, 6 cum sese a — eret.

absentatum *sc. vinum* Hel. 21, 6; *v. Wölffl. Arch. V 512/3.*

absentium. Gd. *19, 1 absentio ceterisque rebus *Peter*; absentii (*sic cod.*) c. odoribus *coni. Petschenig.*

absocer Gd. 2, 2.

absolvere = *liberare* DJ 2, 2; S 2, 2; 4, 3. Hel. 35, 3 sed absolvar contra livorem inproborum (absolvam *ci. Peter*). Car. 18, 1 quasi iam liber a frenis domesticae pietatis suorum mortibus absolutus.

absque. A 33, 1 Non a. re est cognoscere —.

abstemius OM 13, 5.

abstinentia S 4, 1.

abstinere *deest ap. Treb.* — c. *Abl.* MA 28, 3; ClA 6, 5; Dd. 5, 5; MB 2, 2; 12, 8. c. *praep. a* A 24, 4; *se a. a* — Gd. 11, 3. — Max. 4, 2 *holeribus* semper abstinuit, *a frigidis* prope semper. — *tr.* C 11, 1 nec abstinuisse gustum. — abstinens c. Gen. AP 2, 1 (alieni); AC 3, 4; ClA 13, 1.

abstrahere. Max. 12, 6 captivos abstraximus.

absumere *deest ap. Lampr. et Treb., item in AC.* — AP 9, 1; MA 6, 1; S 14, 1; Gd. 4, 2; Pr. 10, 1; Car. 3, 7; 8, 7; 9, 1; 18, 1. DJ 8, 7 quod veneno *se* absumpsisset (*sic* P; se *om.B.t.D.*)

absurdus. ClA 10, 5 quarum unam inserere — absurdum non fuit.

abundantia MB 7, 4 (hab. *scr. Peter cum cod.*).

abundare c. *Abl.* V 1, 4; T 18, 8; A 13, 2 bis. — A* 7, 5 de praeda hostis, non de lacrimis provincialium *abundent *ci. Momms.* (habeant *cod.*, vivant *Peter*).

abunde AC 5, 8.

abuti. Hel. 10, 3 hoc familiaritatis genere abutens.

ac. A) Collocatio. Ante vocales et litteram h nusquam legitur, *vitatur etiam ante gutturales.* Quapropter dubito an non recte legatur A 6, 1 fuit decorus *ac gr*atia viriliter speciosus. cod. habent *hac. R. Novák (Obs. in ShA p. 29) eadem de causa proposuit*: f. d. ⟨*verum*⟩ *hac g.* v. s. Falso scribitur MB 12, 2 ab oppidanis Aquileiensibus et paucis — militibus *ac Cr*ispino ac Menofilo; recte traditur *a Cr.* ac M., neque opus est ulla coniectura. Frequentissima est particula ac ante litteras p, s, d et ante liquidas, ter invenitur ante i. — Gall. *10, 8 *ac* mutavit Casaub. in *at* eumque sequuntur editores; equidem ac ferri posse opinor; atque etiam Dd.*7, 4, ubi ex Iordani coniectura scribitur **ab* trium principum amore, defendi posse videtur *ac* (= *et quidem*?); de Max. 3, 1 v. p. 11. — B) Significatio hisce exemplis inlustretur: 1) H 9, 7 bis ac ter die. AS 50, 1 Cum igitur tantus ac talis imperator domi ac foris esset. A 41, 1 *cum cod. P legendum esse* per errorem bonorum ac malorum (ac m. *om. B et ed. cf. Dessau in Herm. v. XXIX p. 396, 3) alio loco demonstrabo.* — MA *8, 13, patienterque delicias fratris et prope *invitus ac *volens ferret (volens *P t. D., sed rasura* nolens *corr.*; sed perinvitus ac nolens *coni. Peter*, et prope mitius ac volens *Petsch. in Philol. LII p. 348*). C. 16, 2 et repentina caligo ac tenebra. Max. *13, 1 *scr. Peter*: Fuerunt et alia sub eo bella plurima ⟨*ac*⟩ *proelia*; mihi *proelia* delendum videtur *cum Salm. et ed. Berol.*; sub ea belua *coni. Petsch.* T 30, 11 consulte ac prudenter. A 16, 2 mandante ac volente. Q 13, 1 ludo paene ac ioco. Car. 2, 2 vero patre ac parente rei p. *Erravit Peter, cum scripsit* C 3, 7 per tabernas *ac* lupanaria volitavit; nam recte in PB traditur *t. D. ad* lupanaria (*sic ed. Ber.*). — 2) H. 13, 8 invitato etiam Osdroe — remissa*que* illi filia — *ac* promissa sella. MA 15, 1

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

legeret audiretque ac subscriberet. G 3, 5 cum — agnus natus esset — audissetque ille — ac de se ille auguraretur; 2, 8 cum eum occidisset *ac* vereretur — audiret*que* —. — 3) AP 7, 5 per proprios aucupes, piscatores *ac* venatores; cf. Hel. 17, 7; AS 57, 3 (paullo aliter 19, 2); Tac. 6, 8; MB 7, 2 bonitate, nimia sanctitate ac verecundia. Cl. 3, 7 statuis, vexillis, coronis, fanis, arcubus bonum principem, aris ac templis honoraverit; *verba* a. ac t. *satis mire collocata deleri vult Novák.* — 4) H 13, 4 inde Romam venit *atque* ex ea in Africam transiit *ac* multum beneficiorum — adtribuit. AC 5, 3 praeter laridum *ac* buccellatum *atque* acetum; cf. Hel. 30, 7 AS 41, 7 ex ovis *ac* pullicenis *ac* pipionibus. — 5) MA 16, 1 nomen Caesaris *et mox* sacerdotium *statimque* nomen imperatoris *ac* triumphi participationem *et* consulatum. C 17, 10 colossi — caput dempsit — *ac* suum inposuit *et* titulum subscripsit; cf. OM 9, 3; AS 16, 3; 59, 5. Gd. 30, 8 fin. Gall. 4, 3; 15, 3; T 9, 2. Cl. 17, 4 (post ne —!); Pr. 3, 2; Q 4, 3; 12, 1. — V 4, 6 vitiorum Gaianorum *et* Neronianorum *ac* Vitellianorum; cf. PN 1, 2 fin. Dd. 4, 6; AS 16, 1; 28, 2; 50, 3; 53, 9. Max. 4, 4; 31, 2. Gd. 23, 1; MB 5, 8 (*et deinceps — ac tertio*); Val. 6, 6 et 7. MB 2, 1 qui *et* natu grandior erat *et* meritis ex (*sic cod. t. D.* et *ed.*) virtute *ac* severitate clarior. — MA 18, 4 tantus *et* talis *ac* diis vita *et* morte coniunctus. — Car. 16, 2 decretis sibi Galliis *atque* Italia, Illyrico, Hispaniis *ac* Brittanniis *et* Africa. S 3, 7 studiorum sacrorum*que* causa *et* operum *ac* vetustatum. AS 29, 2 in quis Apollonium *et* — Christum, Abraham *et* Orfeum *et* huiusmodi ceteros habebat *ac* maiorum effigies. Gd. 30, 8 amore populi R. *et* senatus — *et* totius Africae *ac* Syriae totius*que* orbis Romani. Pr. 24, 1 circa Veronam *ac* Benacum *et* Larium *atque* in his regionibus. — 6) Gd. 5, 5 ut eum alii Scipionem —, multi Mucium *ac* Rutilium *aut* Laelium dicerent. — AS 54, 1 fremerent *ac* ferro *quoque* minarentur. — MB 5, 7 ac tamen in initio sententiae (*sic* P^6 *t. D.*, *adta* P^1), aliter 6, 2. Ac ne in initio enuntiati legitur PN 9, 5; Gall. 16, 2; A 3, 1; Tac. 8, 1; Pr. 18, 6; Q 7, 6; Car. 7, 1. aliter AS 36, 3; Gall. 6, 8.

Postremo commemorandum est particulam *ac numquam habere vim comparandi*; cui sententiae non repugnat C 5, 4 quos aeque ex plebe ac nobilitate collegerat.

acc . . . . cf. **adc . . . .**

accedere *passim plus tricies, deest in AC.* — OM 5, 4 traditur ad*c*edebat. — 1) MB 12, 3 Aquileiam — accesserat. Max. 3, 2 ad pedes imperatoris; 5, 1 ad manum eius. A 14, 1 ad manus. *trsl.* PN 7, 3 ad regendam rem p. Cc. 5, 9 ad Herculis virtutem. — 2) ClA 5, 9 *accessit omen quod* —; AS 2, 1 *huc* a. nimia — inclinatio. OM 5, 5 si unius numeri concessus accederet. G 4, 4 *his* accedebat — nimia crudelitas; cf. MB 15, 6, ClA *2, 5 ut *tibi* insignia aliquot — accedant *ci. Petsch.* Gd. 28, 1 vectigalibus urbis a. Hel. 35, 7 gloriae tuae. — 3) Max. 4, 9 ne *hoc quoque* illius *famae* accederet, *quod* —. Gall. 4, 7 accesserat *praeterea his malis quod* —. — OM. 5, 4 ad*c*edebat *etiam illud, q.* — *huc accedit quod* leg. AS 66, 3; MB 15, 2; Gall. 19, 8; T 12, 18; Tac. 1, 4. *huc accedebat q.* Max. 23, 2; Gall. 1, 5. — *his accedit quod* Cl. 5, 2; A 4, 5. *his accessit q.* V 8, 7; S 6, 7; AS 13, 3; 67, 3; Car. 8, 7. — 4) AS 12, 5 cum *eo accessisset, ut* — **acceperit.*

accendere. Part. Pf. *proprie* Gd. 23, 2 sine luminibus accensis; *trsl.* ClA 6, 4; Car. 1, 3.

accersere. MA 22, 12 Filio Commodo accersito; cf. arcessere.

accidere S 18, 9; *c. Dat.* H 20, 3; PN 4, 7 si quid forte sibi accidisset.

accipere *plus ducenties legitur passim per omnes paene vitas, deest in AC*; interdum *bis ac ter* usurpatur *in eadem sententia* velut ClA 5, 7; AS 26, 3; 40, 8/9; 42, 3; cf. C 11, 10 nomina gladiatorum *re*cepit eo gaudio, quasi *acci*peret triumphalia. AS 36, 2 Turinus — ingentia praemia *per*cepisset, — quibus praesenti-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

bus quid *ac*cepisset. — Rarissime verbum a. invenitur ita usurpatum, ut idem sit, quod *audire, cognoscere*; cuius usus certum exemplum adferre possum unum DJ 2, 4 ad senatum —, quem indictum acceperat. Nam Max. 17, 1 = 20, 8 (cf. Val. 6, 1) aliter interpretandum esse intellegitur ex Gd. 13, 1; neque eadem sententia dictum est Cc. 2, 7 pars militum — Getam occisum aegerrime accepit; cf. Gd. 10, 1. — Ex reliquorum exemplorum multitudine haec videntur mentione digna: DJ 1, 9 Dalmatiam regendam accepit; cf. Pr. 12, 6; Cl. *15, 1. Max. 6, 1 *Accepta — legione* statim *eam* exercere coepit. — A 18, 3 Accepta est clades sub Aur. a Marcomannis. — AP 4, 4 acceptum est spatium deliberandi. MA 16, 5 quam (philos. Stoic.) — per optimos quosque magistros acceperat; 26, 11 alii liberum exilium acceperunt. — P 7, 7 necessitatis rationem accepit. AS 11, 1 in acceptum refero. Max. 17, 5 ut oblivionem cogitationis acciperet. A. 1, 1 vehiculo suo me — accepit; 23, 5 solum — ex omnibus — campus a.; 26, 1 a latronibus — *male* accepto — exercitu. *cum aliis adv.*: *aegerrime* a. Cc. 2, 7; G 6, 1. *altius* G 3, 4. *gratanter* OM 7, 1; Max. 14, 4; Gd. 9, 7; Val. 2, 1; Gall. 12, 1; T 3, 4. *gravissime* Pr. 24, 4. *laetanter* C 5, 3. *libenter* MA 23, 1; C 8, 9; Cc. 2, 11; OM 2, 3; Hel. 22, 4; A 40, 3. *patienter* AP 11, 8. *superbius* Pr. 17, 4. *tristius — asperius* AS 63, 2. — A 23, 4 iocatum principis — exercitus *ita quasi ditaretur* accepit; cf. etiam Gd. 10, 1. *Nova locutione uti videtur* Treb. Cl. 17, 2: *Nihil me gravius accepit* quam quod —. acceptus Adj. c. Dat. Cc. 1, 3 huius pueritia — populo accepta. Hel. 13, 3. Gd. 18, 2 nimis a. et carus; Gall. 15, 3; T 18, 4. *Comp.* Ael. 5, 1. *Sup.* MB 8, 2; T 9, 2; 21, 2.

accire AP 10, 4; MA 13, 1.

accitu Aureliani Tac. 13, 3.

accola cf. adcolere. PN 7, 7 accolae sc. Nili. ClA 11, 1 earum (civitatum) accolas.

accubare. MA 2, 6 humi cubaret, vix autem — lectulo accubaret.

accubitalia sc. stragula. Cl. 14, 10 a—ium Cypriorum paria duo.

accubitationes Ael. 5, 8.

accubitionum AS* 34, 8 *Salm. et ed.* (accumtionum *PB*).

accubitum Hel. 19, 9; 25, 2.

accumbere V 5, 1 in quo primum duodecim accubuisse dicitur; Hel. 21, 1; Gall. 17, 7; 20, 3 cincti a*dcu*buerunt.

(accumulare Ael. 4, 3 ex Verg. A. VI 885).

accurare. Hel. 31, 7 ut eas ipse psilothro curaret, ipse quoque barbam psilothro accurans, — eodem quo mulieres accurabantur.

accuratus Adj. Max. 28, 5 vestibus tam a*dc*uratus fuit. *Comp.* G 7, 1 funus. *Sup.* H 6, 1 a—is litteris

accusare AC 2, 3; S 8, 4; Cc. 8, 6; AS 36, 2; Cl. 6, 5 qui nos adulationis accusat. *in cod. P numquam geminatur lit. s, quod bis ex B rec. Peter.*

accusatio. Cc. 2, 10 ad illius ac⟨cusationem, ex⟩cusationem sui (*-ss- Peter ex B*). Max. 10, 6.

accusator H 13, 10; DJ 2, 1 (*-ss- Peter*); Max. 13, 5 accusatorem inmitteret, *quod ferri potest*; accusatores *Klein, Peter*; 15, 1.

acer T 15, 7. *Comp.* AC 12, 5 quae (vindicta) si iustior fuerit, acrior videtur. Max. 14, 2; 21, 1 acrior denique Italiam ingressus est. Gd. 13, 5 litteris acrioribus. MB 12, 9 acriores contra M. et B. extiterunt. *Sup.* Max. 19, 2. — Adv. acriter *deest*. *Comp.* Gd. 7, 2; A. 22, 6; Pr. 14, 4. *Sup.* AC 9, 11; P 3, 9; ClA 9, 1; AS 28, 2; Gd. 16, 3; A 38, 2; Car. 6, 1.

acerbus. *Sup.* AC 8, 5 avaritiam esse acerbissimum malum.

acetum AC 5, 3; PN 10, 3; Gd. 28, 2; Cl. 14, 3; Pr. 4, 6.

aclys. Cl. 14, 6 aclydes duas.

acrimonia ClA 11, 5; S *17, 6 *coni. Lipsius* (passimonia *cod.*, parsimonia *ed.*).

acroamata AS 34, 2.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

acrolithus. T 32, 5 statuam — acrolitham (acrolicam *cod.*) sed auratam.

acta v. s. agere.

actio. AP 6, 6 eum ingenti gratiarum actione.

actitare. Gd. 27, 5 quae(que) ubique singulis triumphis digna sunt actitata.

actuarius T 6, 3.

actus *passim (18), deest in AC.* — Hel. 6, 3 in omni vita et actu; cf. T 14, 6. T 3, 1 actuum imperialium institutori. *Dat. Pl.* MA 6, 5; 8, 13; 21, 4. AS 29, 4 et 5. Gd. 12, 3. *Acc. Pl.* H 24, 11; Ael. 3, 9; Hel. 28, 6; AS 30, 1. *Abl. Pl.* AP 6, 11; Gd. 9, 1; MB 4, 5; Car. 3, 7; 6, 2 si — plures haberem in a. conlocatos.

actutum A 14, 7.

acumen Gall. *12, 2.

acus. Hel. 27, 4 ita ut de acu aut de textili pictura exhiberentur. Cl. 14, 5 cum acu Cyprea.

acutus. AP *13, 2 fuit voce acuta *coni. Haupt* (rauca *cod.*) *Sup.* T 4, 2 declamatorem Romani generis acutissimum.

ad. Collocatio. *cf. Nováki Obs. p. 26.* PN 10, 2 minus apta hosticam viderentur ad gloriam. MB 17, 2 cuius ad salutem estis electi. Gall. 14, 8 quasi certum processit ad proelium. Pr. 19, 3 ad silvae consitus speciem. — Hel. 15, 6 *quinquies* legitur ad in eadem sententia; cf. Tac. 12, 1. — ClA 8, 1 quae ad res bellicas pertinerent et ad secreta castrorum atque aulicam fidem. Hel. 15, 7 ad vota concipienda et perficienda solemnia. Max. 12, 1 ad paludes et silvas; 15, 8 consentire ad salutem rei p. obtinendam et ad scelera defendenda et ad illam beluam atque illius amicos persequendos. — Significatio. 1) Haud raro ShA praep. *ad* utuntur *pro 'in'*. H 2, 1 ad patriam redit. AS 52, 4 ad domos suos reciperent; H 13, 1 ad Achaiam navigavit. AP 7, 11 ad agros suos profectus est ad Campaniam. MA 27, 2 revertens ad Italiam navigio; cf. P 3, 5 (ad *om.* P^a, *add.* P^b). S 3, 4; 8, 7; PN 5, 4; ClA 6, 3; OM 4, 5; Gd. 5, 3; Gall. 11, 1; A 35, 4; Tac. *15, 2; Pr. 18, 1; Q 9, 2; Car. 7, 2. A quibus locis non multum differunt: AP 10, 4 cum Apollonium — ad Tiberianam domum vocasset; MA 3, 1 ad domum Apollonii veniret; P 4, 11 ad curiam venerunt; S 22, 7 ad Palatium se reciperet; cf. H 18, 2; PN 5, 6; Hel. 7, 10; AS 42, 1; 48, 1 et 2 et 5; Gd. 14, 4; 22, 7; MB 8, 3; Gall. 9, 4; Cl. 4, 2; A 20, 3. Est ubi praep. *ad et in promiscue* usurpentur. S 7, 4 *in* senatum venit; 8, 3 *ad* s. v. AS 33, 3 nec multum *in* signa aut *ad* apparatum regium — deputabat. A 34, 5 vix nona hora *in* Capitolium pervenit, sero autem *ad* Palatium. — Ex infinita reliquorum exemplorum multitudine adferam haec:

2) T 2, 3 cum V. iam ad bellum Persicum *veniret*; Hel. 4, 4 quae ad cuius osculum veniret; H 23, 7 profluvio sanguinis paene ad exitum venit. MA 2, 1 ad philosophiae scita *per*venit. P 11, 3 ad obsequium principis *con*venissent — qui ad obs. venerant. MB 14, 6 ad defensionem illorum *super*venire. — Hel. 5, 4 una manu ad mammam, altera pudendis *adhibita*. T 26, 4 ad campum *deductus* victus est. Cc. 6, 6 cum ad requisita naturae *discessisset*. C 4, 9 ad defectionem — *evasisse*. Hel. 25, 6 eosque ad balneas suas *exhiberi (sic leg.* exhibere *cod. et ed.)*. H 24, 9 *ingressis* ad se praefectis; cf. C 4, 3; 5, 12; Hel. 32, 9. Hel. 23, 1 *iunxisse* camelos quaternos ad currus; cf. 28, 1; 29, 2. A 29, 1 pallium —, ad quod cum matronae atque ipse Aur. iungerent purpuras suas —. Cc. 10, 4 ad parricidium iunxit incestum. H 2, 5 ad gratulationem exercitus *missus*; MA 8, 9 ad Parthicum bellum est m.; cf. V 5, 8; 9, 7; MB 8, 4; Gd. 2, 4 ad proconsulatum Africae m. est; cf. 18, 6. Max. 24, 4 *occurrentibus* cunctis ad gaudium publicum. Hel, 15, 6 ad senatum vocata et ad sellam *perducta* (quo in loco interpretando non debebam sequi Salmasium in Studiis meis p. 33). Gall. 7, 2 ad vindictam Byzantiorum *processit* (aliter 17, 3); cf. P 11, 3 processionem, ⟨quam⟩ ad Athenaeum paraverat; AS 35, 2 ad Ath. —

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

processit. AP 3, 6 *Proficiscens* ad proconsulatum. H 3, 2 ad bellum Dacicum Traianum — *prosecutus* est. T 10, 1 ad imperium *prosiliret*. Hel. 11, 2 ad corbes *sedisset*. T 2, 2 Saporem ad Romanum solum *traxit*; cf. ClA 1, 4 sortem — ad se trahebat; Car. 15, 6 nisi illum necessitas ad hanc atrocitatem occisionis *ad*traheret. P 2, 4 ad ducenum sestertiorum stipendium *translatus* in Daciam. MA 7, 3 Fortunam auream — ad Marci cubiculum *transire* iussit. C 3, 7 per tabernas ad (*sic PB t. D.* ac *per errorem Peter*) lupanaria *volitavit*. Adde adclamationem 'delatores *ad leonem*' C 18, 10; cf. 18, 11 et 15. — 3) MA 28, 4 ad amicos *dixit*. V 4, 3 ad milites est *locutus*. Cl. 7, 1 epistola — *legenda* ad populum. Hel. 13, 1 *mandavit*que ad senatum, *qua de locutione rectissime disputavit Klebs in Mus. Rhen. 47 p. 541.* —

4) H 15, 4 ad mortem voluntariam *coegit*; cf. MA 23, 5; DJ 6, 7; Cc. 3, 4; OM 5, 5; 12, 8; AP 5, 4 ad pacem postulandam c.; cf. Dd. 6, 1. — Tac. 4, 6 vix sententias, ad quas nos locus *artat*, edicimus. Pr. 13, 6 *efferebantur* ad gloriam. Gall. 13, 10 ad rebellionem *excitarunt*; cf. Hel. 3, 1 excitatisque omnibus — ad nomen Antoninum. *hortari* ad — P 11, 5; S 21, 10; T 24, 1; 31, 2; Car. 4, 5; *ad*hortari P 14, 4; *co*hortari AS 61, 5 ad durum principem interimendum; cf. Max. 17, 7. AC 11, 1 Antoninum ad vindictae necessitatem *impulit*; cf. Q 10, 1 cum eum *animarent* vel ad vitam vel ad imperium. H 13, 8 ad amicitiam *invitavit*; cf. MA 12, 2; Hel. 21, 6; AS 48, 4; Tac. 6, 5 ad consulatus dandos. P 6, 2 ad convivium magistratus — *rogavit*; cf. S 1, 7; Hel. 28, 5; 29, 3; Max. 30, 5. Hel. 12, 3 ut ad scribendum rogaretur. AS 48, 1 ad Palatium eum rogavit. Gall. 16, 6 matronas ad consilium suum r. Pr. 18, 7 cum ad auxilium essent r. (Hel. 4, 1 *in* senatum rogari). C 3, 2 filium Salvi J. — ad inpudicitiam frustra *temptavit*. MA 4, 7 cum eum ad divisionem mater *vocaret*. DJ 4, 7 Pesc. Nigrum — ad urbis praesidium vocavit; cf. H 17, 2; S 8, 14; PN 5, 6 = *e*vocavit DJ 8, 3.

AS 66, 2 non ad malum *consentientes*; cf. 68, 2; Gd. 30, 7. Max. 15, 8 consentire ad salutem rei p. obtinendam et ad —. C 4, 1 ad eius interfectionem *consilia inire*. V 10, 4 inierint consilium ad Marcum e vita tollendum; cf. Max. 10, 1; C 17, 1 inierunt *coniurationem* ad occidendum eum. OM 12, 10 servos — ad gladium ludi *deputavit*; cf. AS 21, 1; 33, 3 nec multum *in* signa aut *ad* apparatum regium — d. (*multo saepius d. coniungitur c. Dat.*). G 7, 4 quos ad necem *destinabat*; H 5, 8 Marcio Turbone Iudaeis conpressis ad deprimendum tumultum — destinato; cf. A 9, 3; Car. 7, 1. Gd. 5, 2 quod Gordianum ad Africam proconsulem destinaverit; cf. Gall. 2, 2 Pisonem — ad Africam destinavit; A 13, 1; Dd. 9, 1 epistula ad matrem — destinata. Gd. 1, 1 ut singulos quosque imperatores — ad tuam clementiam destinarem. — ClA 5, 7 infantulo ad excaldationes pueriles *dicari*. C 7 1 plebi ad poenam *donatus* est. PN 3, 1 ad tutelam urbis est *expetitus*. Max. 29, 3 soror mea Graecis munditiis erudita — quamvis ipse adulescens — et ad Graecas munditias *eruditus* esse videatur; cf. T 18, 4 e. ad gerendam rem p. AS 3, 1 quo se non et ad litteras et ad militiam *exerceret*. MA 6, 5 *formandus* ad regendum statum rei p. Hel. 15, 6 *inminere* milites ad eius exitium. Pr. 2, 2 me ad colligenda talis viri gesta ephemeris — plurimum *iuvit*; cf. H 7, 11. AP 7, 3 filio eius ad omnia semper *ad*iuto; 8, 4 ita ut et magistratus adiuvaret et — ad functiones suas; cf. Gd. 19, 6 *nec* rei p. ad consultationem *defuit*. Pr. 20, 6 equus *nascetur* ad pacem. Max. 13, 5 nihil —, quod ad crudelitatem videretur *operari*. Car. 16, 8 ut inpurum quendam ad suscribendum *poneret*. Gd. 29, 5 ut palam Philippus ad imperium *posceretur*; cf. A 30, 1. Ael. 3, 8 quem non multum ad rem p. regendam *probarat*. A 31, 7 templum Solis — ad eam formam volo, quae fuit, *reddi*.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Cc. 10, 3 furor inconditus ad effectum criminis *roboratus* est. A 48, 5 oraria, quibus *uteretur* populus ad favorem. MA 2, 2 usus est magistris ad prima elementa —; cf. A 30, 3; adde etiam Max 27, 2/3, *quem locum verissime corr. Cornelissen*: litteris et Graecis et Latinis inbutus. ad primam disciplinam [nam] usus est magistro —. Verbum *inbuendi* semper a ShA iungitur *cum Abl., non cum praep. ad*; quapropter Max. 3, 1 non erat scribendum cum Salmasio 'ut eum coherceret ⟨et⟩ ad (ac *cod.*) Rom. disciplinam inbueret', sed — 'coh. *ac Romana disciplina i.*'; quod intellexit *Baehrens*.

Saepissime inveniri *ad c. Gerundio vel Gerundivo* coniunctum, recte monuit *Cotta in dissert. p. 13;* qua constructione paene abutitur Spartianus in vita Hadr. Pauca addam exempla mentione digna: H 7, 6 ad colligendam gratiam nihil praetermittens. C 13, 3 virium ad conficiendas feras tantarum fuit. P 8, 6 nunc ad solem declinandum nunc ad spiritus opportunitatem. Tac. 6, 5 quibus ad suscribendum magistri litterarii manus teneant. Q 4, 3 fuit tamen ei contentio cum Aur.i ducibus ad bibendum.

5) Dd. 1, 5 mihi — non multum superesse videtur ad vitam. H 3, 5 ad perpetuam tribuniciam potestatem omen sibi factum adserit; cf. Car. 14, 1 quae (fabella) illi data est ad omen imperii. G 2, 4 cum ad tantos processus ei patuisset — auspicium. PN 1, 4 libidinis effrenatae ad omne genus cupiditatum. T 28, 2 tanti fuit ardoris ad studia Romana.

AS 40, 6 purpurae clarissimae non ad usum suum, sed ad matronarum, — certe ad vendendum gravissimus exactor fuit. P 9, 2 ad opera publica certum sumptum constituit; cf. A 15, 3; 9, 7 ipsi (decernes sc.) ad sumptum aureos — diurnos binos; cf. 12, 1 ad editionem circensium. Cl. 14, 13 ad balneas ligna. — MA 17, 4 cum — ad hoc bellum omne aerarium exhausisset. Gall. 13, 4 bellum Persis ad seram nimis vindictam patris paravit.

C 9, 6 cum illic aliquid ad speciem timoris vel dici vel fingi soleat; cf. Hel. 33, 6 mortem suam pretiosam esse debere et ad speciem luxuriae; Pr. 19, 3 ad silvae consitus speciem. C 20, 4 ad perniciem civium et ad dedecus suum vixit. Dd. 3, 2 ad omnem decorem mento conposito; cf. AS 50, 3 calciati ad decorem. OM 13, 1 ne ad alias causas facta praeferrentur, quae ad gratiam conposita viderentur; cf. A 9, 5 nihil praeterea possum addere tanto viro ad muneris gratiam. PN 6, 5 capillo ad gratiam reflexo. Cc. 2, 10 questus est de fratris insidiis ad illius ac⟨cusationem, ex⟩cusationem sui. Hel. 20, 5 comedit — ad imitationem Apicii. ClA 5, 8 quasi ad iocum. AS 1, 2 ad remedium generis humani A. — accepit imperium. Cl. 10, 1 ad felicitatem rei p. divinitus constitutum. MB 17, 2 cuius ad salutem estis electi. — PN 12, 4 quod (simulacrum) — ad similitudinem sui factum —. AS 46, 5 praesides — numquam fecit ad beneficium sed ad iudicium —. AS 6, 5 unco tractus est ad exemplum timoris; cf. T 12, 7 ad ex. equitare non possum; 12, 17 cum — ad ex. fortiter faceret; Tac. 4, 6 ad ex. docendi militis frequenter equitare; Q 11, 4 quae prope ad ex. nihil prosunt. — AS 43, 6 *ad hoc;* Gd. 3, 2 et 10, 2 *ad hoc — ut* —. AS 63, 5 ad iactantiam sui. T 31, 7 ad ludibrium Gallieni. A 27, 1 Zenobia superbius — rescripsit —, credo ad terrorem; 39, 3 ad privatorum securitatem. Pr. 15, 6 ad nostrorum alimoniam. — Tac. 11, 8 legit — senex minutulas litteras ad stuporem. ClA 5, 3 purpureis ad plenum colorem cornibus.

6) Ael. 5, 8 ad perniciem publicam *prompta* (n.); cf. Gall. 5, 1; Cl. 13, 5. MA 16, 4 melior et feracior ad virtutes; 22, 5 durus videbatur — ad militiae labores atque ad omnem vitam. V 2, 6 ingeniosus ad litteras. C 13, 1 validus ad haec. DJ 9, 2 humanissimus ad convivia, benignissimus ad suscriptiones, moderatissimus ad libertatem. Cc. 1, 3 ad amorem conciliandum salutaris. AS *3, 5 quos dignos *ad id esse videbat;

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

27, 2 si faciles essent homines ad iniurias; 44, 2 ad aurum colligendum attentns, ad servandum cautus, ad inveniendum sollicitus. MB 6, 1 ad rem Veneriam nimis rarus. Gall. 18, 2 ut duplex ad colossum videretur. T 8, 4 manus vel ad feriendum vel ad impellendum fortiores. — 7) S 19, 5 *ianuae (aliae sc. thermae *Hirschfeld*) — *ad portam* nominis sui; cf. G 7, 2. Hel. 23, 8 ad mare piscem numquam comedit; cf. A 45, 2. Gall. 10, 6 ad Ctesifontem — obsedit; 19, 4 ad arcum Fabianum. ClA *2, 5 et *ad me et cum mecum fueris. MA 16, 2 ad triumphalem currum — cucurrit. AC 6, 1 ad signa edici iussit; cf. PN 4, 2 litteras recitandas ad signa. DJ 7, 10 quae ad speculum dicunt fieri. AS 4, 3 qui ministri ad fores fuerant. MB 11, 5 ad eas (aras) centum sues — mactabantur. — S 1, 4 nullum alium — ludum nisi '*ad iudices*' exercuit; cf. Q 13, 2 '*ad latrunculos*' luderetur. AS 26, 9 quas (diaetas) inperitum vulgus hodie '*ad Mammam*' vocat. Aurelianus 6, 2 bis dicitur '*manu ad ferrum*'. —

8) V 4, 3 graviter se et *ad Marci mores* egit. Max. 5,7 ad tuos mores, ad tuam virtutem, ad tuum laborem eos fac militiam condiscere. H 5, 1 ad priscum se statim morem instituit. Hel. 8, 2 ad ritum gentilem suum. AS 37, 9 omnia et ad modum et ad rationem illi sunt praebita. H 9, 8 ad privati hominis modum. T 30, 21 ad perfectum modum. quem ad modum *passim* (*34*). V 7, 10 ad amicae vulgaris arbitrium; cf. C 6, 8. MA 11, 6 ad id exemplum; V 5, 3 vasa aurea — ad speciem alabastrorum. C 5, 4 quas — ad formae speciem concivit; 6, 9 ad cuius nutum; cf. AS 35, 6. AS 19, 3 ad summorum — virorum suffragium; 28, 5 ad eorum responsum. ClA 13, 1 voce muliebri et prope ad eunuchorum sonum. A 8, 3 ad nostra iam non facit tempora. Q 8, 1 ad omnia famae momenta volitantem. P 10, 10 ad unius servi testimonium. S 18, 6 vitam suam — composuit (*sic PB t. D.* conp. *Peter*) ad fidem; cf. ClA 12, 14; Gd. 2, 1; A 20, 4 ipsam quoque indidi ad fidem rerum. — Hel. 32, 8 ad tibias dixit. Gall. 17, 3 ad tibicinem processit, ad organum se recepit. *Huc fortasse referendi sunt etiam hi loci*: H 26, 1 flexo ad pectinem capillo *et* Hel. 31, 7 rasit et virilia subactoribus suis ad novaclum manu sua. *Suo iure contendit Klebs praepositionis ad pro Abl. instr. usurpatae nullum certum extare exemplum; erravi in Studiis meis p. 33.* — 9) H 6, 7 Marcium Turbonem — Pannoniae *ad tempus* praefecit; 22, 14 ad adventum eius — pluit. OM 1, 2 *ad diem* = *cotidie*; cf. Gall. 17, 4; Pr. 8, 3; Q 4, 2. AS 37, 3 vini ad totum diem sextarii triginta. — Hel. 21, 1 ad secundam et tertiam mensam. Tac. *2, 3 *servanda etiam *ad posteros. Pr. 15, 7 ad pleniora vota distulimus. Hel. 35, 4 his iungendi sunt Diocletianus — ceterique ad pietatem tuam. *Huc pertinet quodammodo etiam* Gall. 9, 3 nec tamen G. ad talia movebatur; *ad talia* = '*dum talia accidunt*' *recte interpretatur Cotta p. 13.* — 10) AS 30, 4 biberet — *ad unum* prope sextarium; 41, 7 quos habuisse *ut ad XX milia dicitur (ut *del. Novák*; vel *Petschenig*). Gd. 18, 2 qui (libri) censebantur ad sexaginta et duo milia. Pr. 14, 2 ad singulos aureos singula (capita). — 11) *Varia.* MA 20, 5 requirens *ad verum*; Hel. 25, 4 quae solent simulato fieri, effici ad verum iussit. AS 64, 1 *ad summum* per triennium. Hel. 15, 6 *ad extremum*; T 12, 1 *ad postremum.* A 8, 1 *ad verbum.* AP 7, 3 filio eius *ad omnia* semper adiuto; cf. S 21, 9 tristior vir ad omnia; AS 21, 6 a. o. instructissimus; 29, 5 laetus a. o. — Cc. 4, 4 cuius libri plurimi ad doctrinam extant. Val. 2, 2 et quid ad omnem orbem Romanum? PN 7, 4 cum unus *ad memoriam*, alter *ad libellos paruisset* (appar. *Madvig*). Car. 8, 4 qui *ad memoriam dictabat.* Hel. 12, 2 *ad vicensimam heredidatium* mulionem *curare* iussit. —

12) usque ad *saepe* (66); *numquam invenitur* ad usque, *raro* usque in (MA 22, 1; P 2, 3), *semel*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

in — usque H 24, 9; *cf. quae disp. Thielmann in Wölffl. Arch. VI et VII.*

H 2, 1 venando usque ad reprehensionem studiosus; 3, 1 u. a. summam peritiam et facundiam Latinis operam dedit; AP 9, 9 Tauroscythas u. a. dandos — obsides vicit; 10, 2 nuptias filiae suae — u. a. donativum militum celeberrimas fecit. C 2, 6 summotos u. a. aegritudinem desideravit; 9, 6 u. a. perniciem pectus tundere. PN 10, 5 nisi ab omni exercitu prope u. a. metum seditionis esset rogatus. ClA 2, 4 dandi stipendii u. a. tres aureos liberam potestatem; 9, 7 iacuisse — corpus — per dies plurimos — u. a. fetorem. G 6, 4 ventum — est u. a. seditionem; cf. MB 14, 4. OM 13, 4 vini cibique avidissimus, nonnumquam u. a. ebrietatem. Hel. 13, 4 nec defuit tamen furor u. a. exitum voti pessimi. AS 39, 9 formas binarias, ternarias — atque amplius u. a. libriles quoque et centenarias; 42, 3 qui u. a. sex fuerunt. Max. 31, 4 qui haec omnia u. a. fabellam scripsit. A 26, 1 u. a. ictum sagittae periclitatus est; 46, 6 aliis monolores, aliis dilores, trilores aliis et u. a. pentelores. Pr. 19, 2 omnium gentium drungos u. a. quinquagenos homines. Q 7, 4 novarum rerum u. a. cantilenas publicas cupientes. Car. 17, 7 u. a. taedium gestorum eius universa dicentem.

usque c. Acc. (*Wölffl. in Arch. IV 52 sq.*) *non invenitur nisi cum oppidorum nominibus coniunctum*; *quapropter* Car. 3, 4 *cum P³ scribendum esse* nihil — praeter Severi diligentiam usque ⟨ad⟩ Alexandrum Mamaeae sensit bonum *iure censuit Klein.*

adaerare. Cl. 14, 14 sed ita, ut nihil adaeret. *De hoc verbo egit Seeck in Mus. Rhen. 49 p. 222.*

adamas. H 3, 7 adamante gemma.

adcelerare Gd. 14, 6.

adclamare. 1) *proprie* S 1, 10 adclamantibus familiaribus. — 2) *de adclamationibus* a) *senatus* C 20, 2; AS 6, 2; 7, 1; 8, 2; 9, 1 et 4 et 5; 10, 1 et 3 et 6; 11, 2; 12, 1. Max. 16, 3 et 5 et 6; 26, 1; Gd. 11, 9 (clamavit *PB*); MB 2, 9; Cl. 18, 1; Tac. 4, 1; 7, 1. Pr. 11, 6; 12, 8. b) *militum* Dd. 1, 6; Pr. 10, 4. c) *populi* PN 2, 2; OM 12, 9. Gd. 5, 7; 8, 4. Tac. 7, 4. d) *populi et militum* MB 3, 3.

adclamatio a) *senatus* AC 13, 1; C 18, 1 et 2; P. 5, 1; ClA 14, 2; AS 6, 1; 8, 1; 56, 9; Gd. 11, 3; MB 3, 1; 12, 9; Tac. 5, 1. b) *populi* AP 3, 1; Gd. 5, 6; Tac. 14, 3. c) *sen. et pop.* MB 13, 1.

adcolere cf. accola. DJ 1, 7 qui Albim fluvium adcolebant.

adcommodus. Dd 5, 3 quod multi ominosum putarunt et morti a. *Comp.* Car. 11, 1 declamationi — *magis* quam Tulliano *adcommodiora* stilo (*sic PB t. D. et ed. Berol.* adcommodatiora *Peter*).

adcrescere *proprie* AP 3, 5. *trsl.* Cl. 6, 3 ut Claudii gloria adcresceret.

adcurrere H 12, 5.

addere *centies vicies fere* invenitur, nonnumquam adiectis particulis *et* (DJ 7, 2; G 6, 6; AS 63, 4; *aliter* 24, 6), *etiam* (MA 11, 8; Cc. 10, 5 et 6; Hel. 34, 6; AS 58, 2; Gd. 29, 4; T 31, 7; A 4, 6); *praeterea* (MA 20, 3; Hel. 11, 3; MB 16, 5; A 9, 5; *aliter* PN 7, 6). 1) Saepe utuntur ShA Participiis et Praes. et Perf. (*Fut.* T 31, 7). a) *Part. Pf., quod deest in AC*, plerumque (24) ponitur *in Abl. abs.* (*aliter* AS 8, 1 et Gall. 19, 4), *velut* MA 6, 6; 7, 7; 8, 10; C 17, 11 flamine addito; cf. S 7, 8. S 7, 7 addita liberalitate; 11, 4 a. oratione victoriae. AS 28, 6 additis gestis. A 1, 6 additis quae ad vitam pertinent. Quoniam igitur hic usus tam late patet, non assentior *Petschenigio* AS 37, 6 pro *additis gallinaceis duobus* scribenti *additi.* addito eo, ut — leg. PN 10, 1 et 6; AS 1, 3; Car. 6, 3; cf. AS 34, 3 *addito elogio, ut* — eosdem *liceret* occidi. b) *Part. Pr. Nom. Sing. addens seq. orat. recta* invenitur Ael. 4, 3; PN 12, 8; Hel. 32, 9; Car. 13, 2. *seq.* Acc. c. *Inf.* MA 27, 11; AC 3, 5; PN 10, 7; AS 46, 1;

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

A 36, 5. *seq. ut* MA 4, 7; Pr. 16, 6. *Nom. Pl. addentes sq. Acc. c. Inf.* Gd. 10, 6 et Cl. 2, 4, *c. Acc.* Gd. 34, 2. *Abl. abs. addente illo* AC 8, 2 *seq. or. recta.*

Imperativo etiam *adde* haud raro utuntur ShA. DJ 7, 2 Adde et Severum; Cc. 10, 6 a., si placet, etiam 'Geticus Maximus' = G 6, 6 a. et G. M. Cl. 6, 6 a. *servos*, a. familias, a. carraginem et *epotata flumina* —, *laborasse* denique *terram ipsam.* adde quod leg. AC 2, 3; Dd 8, 6; Pr. 23, 3; Q 10, 3.

2) Ipsis, quae iam attuli, exemplis declaratur addendi verbo de eo, *quod in sermone adiungitur*, ShA frequenter uti ita, ut aut recta oratio sequatur aut obliqua. Accedunt hice loci: Hel. 34, 6 etiam illud addendum est, ne quis error oriatur —: non nomen in illis — fuit, sed praenomen. Val. 5, 8 addiderunt 'Omnes'. T 8, 7 addidisse dicitur — 'Hic est gladius —'. AC 3, 2 addemus autem, quemadmodum ad imperium venerit. Hel. 11, 3 addidit praeterea, (*sic opinor interpungendum*) ipse quae faceret. Tac. 9, 5 addidit, *ut* Aurelianum omnes pictum haberent. — AS 17, 2 *addit* Septimius — *seq. Acc. c. Inf.*; cf. MB 16, 5; Cl. 12, 6. Gd. 9, 4 *addunt* quidam —; A 39, 9 a. nonnulli —. Max. 32, 3 (et 4) *addidit* Dexippus —. S 11, 9 *addunt* alii, *quod* idem cadaver in Rhodanum abici *praecepit.* A 4, 6 *addit etiam illud, quod* Aurelianum — aquila innoxie de cunis *levaverit* —.

